Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



ACTUS

peribit. Et cum hæc dixisset sumpsit cibum coram omnibus
et cum fregisset cepit manducare. Facti sumus omnes
et ipsi sumpserunt cibum. Erant autem omnes simul in nave
ducentorum septuaginta sex. Et cum satiati essent cibo levabant
triticum in mare. Cum autem dies factus esset non cognoscebant terram. Sinum autem
habentem litus in quem egerebant si possent eicere navem. Et cum ancoras
sustulissent committebant se mari simul laxantes retinacula gubernaculorum
et levato artemone secundum aurem flatui tendebant ad litus. Et cum
incidissemus in locum bimarem impegerunt navem. et prora quidem fixa
manebat immobilis puppis vero solvebatur a vi maris. Militum autem
consilium fuit ut custodes occiderent ne quis cum enatasset effugeret. Centu-
rio autem volens servare paulum prohibuit fieri. iussit quos posse
sunt natare mittere se ad mare primos et evadere et ad terram exire
et ceteros alios in tabulis ferebat. quosdam vero super ea quæ de nave essent
et sic factum est ut omnes ad terram evaderent. CAPVT VIII

c 28. Et cum evasissemus tunc cognovimus quia insula
vocabatur Barbara. qui postea non modicum humanitatem nobis
exhibuerunt. Accensa enim pyra receperunt nos omnes propter imbrem
qui imminebat et frigus. Cum congregasset autem paulus sarmentorum
aliquantum multitudinem et imposuisset super ignem viperam ab calore
pressisset dextera manu eius. Vt vero viderunt barbari pendere bestiam
in manu eius. ad invicem dicebant. Vtique homicida est hic quem cum esset
de mari evasit non sinit eum vivere. et ille quidem excussit bestiam in
ignem. nihil mali passus est. At illi exspectabant eum in tumorem aut
et subito cecidisset et mortuus esset. Diu autem exspectantibus et videntibus ne malum
in eum fieret. commutantes se. dicebant eum esse deum. In locis autem illis
erant prædia principis insulæ nomine publii qui nos suscepit benigne
et hospitabatur. Contigit autem patrem publii febribus et dysenteria vexatum iacere. Ad quem paulus intravit. et cum oravisset et imposuisset
ei manus. sanavit eum. Hoc facto. omnes qui in insula habebant infirmi
accedebant et curabantur. Qui etiam multis honoribus nos honorarunt
et navigantibus imposuerunt quæ nostra erant. Post menses autem tres
navigavimus in nave alexandrina quæ in insula hiemaverat cui erat
insignum castorum. Et cum venissemus syracusam. mansimus ibi triduo
inde circumlegentes devenimus rhegium et post unum diem flante austro. secundo
die venimus puteolos. Ubi inventis fratribus rogati sumus manere apud